Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Greculus

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Sermo de resurrectione dni

Hec dies quam fecit dns exultemus et letemur
in ea ps david. In quibus verbis tria sunt nobis
consideranda primum quare dies resurrectionis
vocetur clarum dicitur hec dies Secundum quare dicatur
eum dns fecisse cum etiam ceteros fecit Cum dr quam
fecit dns Tertium est quare sit exultandum in ea Cum
dr exultemus et letemur in ea Dicamus quod hec dies
resurrectionis significatur de iiij^or rationibus Prima
ratio quia tunc sol iustitie i. xpc super terram ascendit
qui tamquam sol occidit in die passionis dni Unde
Ecclesiastes Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur
Secunda ratio quia precursorem sui adventus premisit
stellam matutinam scilicet mariam magdalenam que
erat sicut stella matutina calida per amorem et
humida per lacrimarum effusionem suum adventum huius diei
apostolis nuntiavit Unde Ecclesiastes quasi stella matutina
in medio nebule i. pusille et prave nationis iudeorum
Tertia ratio quia testes letificavit Unde Luce Ga-
visi sunt discipuli viso dno. Quarta ratio est quia custodibus
timorem incussit Unde Math xx^o Pre timore eius
exterriti sunt custodes Secundum quare dns
hanc diem dicatur fecisse cum etiam ceteros fecerit
Quia in illa die maiora opera quam in aliis fecit
fecit enim opera potentie sicut patet in tribus quia
demones sibi subiugavit scilicet deprimendo eorum
potentiam Unde Zacharias xiiij^o In die illa erit
tumultus dni in eis i. demonibus Etiam in hac die
xpc animas piorum sanctorum de lymbo eduxit Ut habetur
in libro Exodi Mementote huius diei in qua vos
eduxit de terra Egypti i. de terra mortis et tene-
brarum Etiam quia hac die custodes sepulchri tremere
fecit cum resurrexerit Unde Math Et ecce terre mo-
tus etc fecit etiam opera sapientie quod patet in tribus Quia
reparavit vas confractum i. corpus xpi et restituit
integrum dni Unde Amos ix^o In die illa suscitabo
tabernaculum david quod cecidit et reedificabo aper-
turas murorum eius Tabernaculum i. corpus xpi

aptyreas .i. volua clauor quoniam omnia reparata sunt
i vere sunt in detectia. Secunda clausa eduxitur se-
pulchro unde conuenit ei quod dicitur Ps. xxi. Colla-
bebatur inter manus eorum deo et ipsa impin-
gebat in ostia porte dum xpc vinceret i terrene
mortali collabebatur qui volebat de manibus iu-
deorum refugere aut impingebat i ostia porte
egrediens sunt sepulchra aperte sicut ad discipulos
intravit ianuis clausis Tercia ianua celi aperuit
unde michee .ij. ascendit enim tripens iter pandens
ante eos nos id est sunt demonstrans ascendens de
sepulchro fecerit etiam opera bonitatis sicut patet
in tribus Prima eius fuit peccatricis unde math
.xvi. Surgens ihesus mane prima sabbati apparuit primo
marie magdalene etc Secunda qui negaverat
eum specialiter renotavit unde math xvi dicite di-
scipulis eius et petro Tercia thoma dubitante
certificavit. unde Joh. x. Deinde dicit thome
Infer digitum tuum huc etc Quarto quare gaudendum
sit mea potius quam i aliis Cum dicitur Exultemus
et letemur i ea Et dicendum quod precipue mea victo-
ria prima humane recuperationis letitia primum glie corona
premio regno unde Paul pruprie nulla etc de 2o
libro xv. Congratulamini mihi quia i venit ouem meam etc
Tercio Quarta si xpc resurrexerit et nos resur-
gemus ... de Exod. xij. Habebitis hanc diem in mo-
numentum et celebrabitis eam dno i. ad honorem
suum Et sit ... omnia hec premissa ... unde et merito
dicit hec dies quam fecit dns exultemus et letemur
in ea Rogemus igitur dnum etc

Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et
Petrus. terre. Patrem invocabis dicit dns qui facit
Jeremias. terram in fortitudine sua et prudencia sua exten-
dit celos etc
Et in ihesum xpm filium eius unicum dnm nostrum
Andreas. Video quattuor viros deambulantes in medio
Daniel. ignis et aspectus quarti similis est filio dei.